Quelle:
Copyright:

„nec fris Mauricij et alium scilicet Crisostomum super „Matheum eidem alma Universitati est cessatus, sic ut „ad utilitatem in eis studere volentium in literaria „magistrorum Collegii Ducalis perpetuis temporibus reserven„tur, hoc ab uno Testamentariorum suorum hic sunt Scrip„ta ut ad notitiam perveniant posterorum. Orate pro eo Do„minum pro eo".

Hic Conradus de Hildensem (: Hildesheim :) idem est, de quo Andreas Ratisbonensis in Chronico ad annum 1409. hoc scribit: "Albertus (: Episcopus Ratisbon. :) perpendens quod „Magister Conradus de Hildesheym licentiatus Decretorum „presbyter et Cappellanus S. Georgii secus pontem Ratispone „jurista civium pecunia, quam a Domino acceperat in „sudario, hoc est per certa dona sub otia lenti corporis „abscondere nollet, ordinavit ut legeret in jure Canoni„co in aula sua Episcopali quod et factum est."

Cod. XXXIX. deest

p. 127.

Membran. Fol. min. Soc. 15.

M. T. Ciceronis Epist. ad Famil.

Comprehendit M. T. Ciceronis libros XVI. Epistolarum ad familiares, elegantissimo charactere scriptos. Has Epistolas Olivetus exhibet Tom. 7. edit. Opp. Cicer. Genevæ, 1758. 4. Quæ in editione idiomate græco leguntur, in codice nostro omissa sunt, spatio tamen ad supplendum relicto. Cæterum variantes lectiones non infimi momenti obvia quavis inspectio detexit.

Vgl. Großer Katalog!